

In Lucania prope Caposele (X 444 recognovit Brunn). — 1) Qui supra scripti sunt. — 2) Cf. supra N. 272. — 3) De Rosalibus cf. Marquardt Staatsv. III² p. 311. — 4) Cf. Sueton. Domit. 1. — 5) Infra scripti (expectaveris: supra scripti; fortasse in archetypo nomina fundorum subscripta erant). — 6) Cf. supra N. 3264.

3547 Silvano | sacr[u]m | sectores | materiarum | Aquileienses | et incolae | posuerunt | et mensam¹.

Aquileiae rep. a. 1772 (V 815 semel a nescio quo descripta). — 1) In fine videtur fuisse mutila, quamquam id non traditur.

3548 deo sancto | Silvano ve|natores | Bannies.¹ s.

In Britannia rep. ad vallum Hadriani loco dicto Birdoswald (VII 830 vidit Huebner). — 1) Venatores hos a ludis circensibus vel arenae fuisse cum Brucio putat Huebner; sed cf. N. 3562. Bannies dicti a Banna castello vicove, qui memoratur etiam VII 1291.

3549 deo Silvano | Aug. | Tib. Cl. [C]hres|tus clavic. | carc. p. Lug.¹ | aram et sig|num inter | duos(sic) arbo|res² cum ae|dicula ex vo|to posuit.

Lugduni (XIII 1780 vidit Hirschfeld). — 1) Clavicularius carceris publici Lugdunensium. — 2) Cf. N. 3528 v. 10.

3550 Silvano | Aug. | in honor. | L. Titi Ismari | et in memor. | L. Titi Epagathi | Hermetis fil., et | L. Titi Epagathi sen., | L. Titius Onesimus | Ismari lib., | IIIIIvir Aquil. | d. d.

Aquileiae rep., est Vindobonae (V 829 vidit Mommsen). Alios titulos in honorem memoriamve hominum privatorum Silvano positos Aquileiae (ubi tamen nec alia cultus Silvani monumenta desunt, V 815 seq.) habes V 821. 822. 824. 825. 828. 830; similes titulos Beleno vel Apollini Beleno dedicatos V 744. 749 cet., Dianae unum V 772, Veneri V 836, Feroniae supra N. 5485.

3551 Silvano | Aug. sacr. | in honor. | L. Stati Onesimi | IIIIIvir. et | in memor. C. Stat[us] | Primigeni Aug. d. d.¹, | L. Stati Hermetis, | L. Statius | Encolpus | IIIIIvir.

A litore Veneto traducta Opitergium, deinde Veronam, reperta videtur esse Aquileiae (V 827 vidit Mommsen). — 1) Augustalis decreto decurionum.

3552 S. A. s.¹ | in honor. | L. Valeri | Nymphodot. | VIvir. et d. d. Aug.², | et C. Stati Primig. | et | in memoria (sic) | C. Stati Heuret. | VIvir. et d. d. Aug.², | Alypus | lib.

Aquileiae (V 832 cf. CIL. suppl. Ital. I 68 vidit Pais). — 1) Silvano Augusto sacrum. — 2) Seviri et decurionum decreto Augustalis. In honorem memoriamque eorundem hominum ab alio liberto positus est titulus V 833 quem nuper Venetiis vidit Pais (l. c.), cui tamen nullum dei nomen videtur fuisse praescriptum (in honorem | L. Valeri | Nymphodoti et | C. Stati Primigeni | et in memoriam | C. Stati Heureti | Eupor. lib.).

3553 pro salute | et reditu | L. Turseli [M]ax|imi L. Tursel|ius Restu[t]us l., | Silvano ca|sanico vot. | lib. solvit.

Non longe a Benevento loco dicto Piano di Cubante (IX 2100 semel ut videtur descripta).